

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Proreector Et Senatus Academiae Kiloniensis ad Spiritus  
Sancti Beneficium, quod sub imagine laetae Hebraeorum  
Pentecostes pinxit Moses**


**Reuther, Barthold**

**Kiloni[i], [MDCCV?]**

**VD18 13384082**

**Farbkarte**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17372**



## Farbkarte #13

B.I.G.  
Cyan      Green      Yellow      Red      Magenta      White      3/Color      Black



Landesbibliothek Oldenburg

**Q**uinquagesimus hic est a resur-  
gentis Christi memoria dies, quem jam antiqui-  
tus coeleste Numen memorabili ad posterita-  
tem beneficio ipsum insignivit. Nostis, opina-  
mur, Cives, eundem & Hebraeis festum pridem  
fuisse ac solemnem, appellatumque hebdomadum, (a) mes-  
sis (b) & primitiarum. (c) Celebrari quippe ex Jehovahe  
mandato oportebat, septem integris post Pascha dierum  
hebdomadibus numeratis, quando messis inciperet, eo-  
que tempore erant novarum frugum primitiae juxta cum  
certis quibusdam sacrificiis, quae nunc recensere singu-  
la haut vacat, (d) Deo offerendae. Sed uti pridem Jo-  
sephus (e) annotavit, נַרְצָע etiam, hoc est, sacram eum  
congregationem nominarunt, qua plane mirifico exsulta-  
re gaudio solebant. Neque vero id institutum divinae legi  
adversum erat, quin totidem in ea verbis praeceptum,  
adeoque editum a Deo maxime φιλανθρωπω και φιλοφυχω  
qui hilari in primis cultu delectatur. Laetator (ita lex ha-  
bet) coram Jehovah, (f) Deo tuo, tu & filius tuus & filia  
tua, servusque tuus & ancilla tua, & Levita, qui erit in-  
tra portas tuas, peregrinus quoque & pupillus & vidua,  
qui degent tecum. (g) Daemonis haec alioqui cura, hoc  
studium fuit fere semper, ut ritus tristes ac ferales in res  
publicas introduceret, sibi suisque sacris addictas. Ri-  
diculus hic mos Diodoro teste (h) apud Aegyptios inva-  
luit quondam, ut Osiridis aut Adonidis (i) obitum, se-  
nescen-

(a) Ex. XXXIV. 22. Dent. XVI. 10. 16. (b) Ex. XXIII. 16. (c) Num. XXVIII. 26.  
(d) Vid. Deut. XVI. 9. sacrificia autem illa Lep. XXIII. 18. ff. & Num.  
XXVIII. 26. ss. denominantur. (e) Orig. lib. III. c. 13. (f) Huc conf. Deut.  
XII. 17. f. XIV. 26. (g) Deut. XVI. 11. (h) Hist. lib. I. (i) a quo non ali-  
um fuisse illum, probat Heins. in Arist. sacr. c. I. Unde & solemnia haec Ado-  
nia vocantur Ammiano Marcellino lib. XXII. c. 9.

